AMERICA CENTRAL

MISCELANEA

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Universidad Francisco Marroquín

http://www.archive.org/details/propositionesde00unseguat

PARA EL DIA 4 DE MAYO
EN LA REAL UNIVERSIDAD
A LAS IX. DE LA MAÑANA
Y III. DE LA TARDE.

1810





Francisco Cabrera fc en Ca.

PROPOSITIONES

DE IURE PÚBLICO

HISPANAE CONSTITUTIONI ADCOMMODATAE

DEFENDENDAE

A B. D. IOSEPHO EMMANUELI NORIEGA

SUB DISCIPLINA

D. D. IOSEPHI MARIAE ALVAREZ

IUR. CIVILIS PROF.

GUATEMALAE.

Apud Beteta.

EXCMO. D. D. EMMANUELI IOSEPHO PAVON, & MUÑOZ,
OMNI LAUDE DIGNISSIMO VIRO,
LITTERARUM OPTIMARUMQUE ARTIUM
AB IPSISMET INCUNABULIS CULTORI,
CUI CHARISSIMA SEMPER PATRIA FUIT GUATEMALA
EIUSQUE NOBILISSIMI, AC FIDELISSIMI CONCESSUS
PRAECLARO DECURIONI,
IUDICI ETIAM ORDINARIO SAEPE CONSTITUTO
AD SUPREMUM DENIQUE HISP. & IND. COETUM
OMNIUM ORDINUM ADCLAMATIONE
DIVINA PROVIDENTIA PATEFACTA SORTE,
AB UNIVERSO GUATEMALAE REGNO
DEPUTATO NUPER ELECTO.
REG. AC PONTIF. SANCTI CAROLI ACADEMIA

Al Excmo. Sr. D. Manuel José Pavón y Muñóz,
Varon digno de toda alabanza,
Aplicado desde sus mas tiernos años
A las ciencias, y á las bellas artes,
A quien Guatemala su Patria
Ha sido siempre muy amada,
Ilustre Regidor
De su Muy Noble, y Leal Ayuntamiento
Y muchas veces electo Alcalde Ordinario.
Escogido con universal aplauso
Por la Divina Providencia manifestada en la suerte
Para Diputado de todo el Reyno de Guatemala,
Y Vocal de la Suprema Junta de España é Indias.
La Real y Pontificia Universidad de San Carlos

IN GRATULATIONIS & OBSERVANTIAE SIGNUM
HAS IURIS PUBLICI THESES
D. O. C.
PER MANUS B. D. IOSEPHI EMM. NORIEGA
IURIS UTRIUSQUE STUDIOSI
MANE, & VESPERE
DIE 4 MAII AN. M.DCCC.X.

In eiusdem vero Praestantissimi Moecenatis encomium hoc problema disceptabitur. ¿ *Quid potius sit gratulatione commendandum, num Patriae bonum ob electum virum ; numve tanti viri gloria ob acceptum honorem ?*

EN SEÑAL DE REGOCIJO Y DE RESPETO
D. O. C.

ESTAS CONCLUSIONES de DERECHO PUBLICO
POR MANOS DEL BR. D. JOSÉ MANUEL NORIEGA
CURSANTE DE AMBOS DERECHOS,
EL DIA 4 DEL MES DE MAYO DEL AÑO DE M.DCCC.X.
POR MAÑANA Y TARDE.

En obsequio del Ecel. Mecenas se controvertirá el siguiente problema ¿*Si sea mas digno de celebrarse el bien que resulta á la Patria por el Diputado que escogió; ò la gloria de un varon tan ilustre por el nuevo honor, que se le ha conferido ?*

§. I.

De societatis Civilis natura & origine.

SOcietatis civilis, vel reipublicae nomine intelligimus, insignis hominum multitudo nulli alii mortalium obnoxia, & sub communi imperante securitatis suae causa certis legibus consociata.

Igitur civium securitas tum interna, cum externa finis praecipuus omnium civitatum, rerumquepublicarum dicendus est.

Vim hominum improborum, qui aliis dominari, rebusque suis spoliare maximè cupiunt, & originem & occasionem constituendis civitatibus dedisse iudicamus.

Cum autem vis illa securitati inimica in improborum hominum viribus consistat, tot homines in societatem civilem coalescere debent, quot sufficere videantur ad inimicorum vim, vi iusta repellendam.

Illud

---

§. I.

De la naturaleza y origen de la sociedad civil.

COn el nombre de sociedad civil, ó republica entendemos una multitud grande de hombres, no sugeta á otro, mas que á una suprema potestad por causa de su seguridad, y bajo de ciertas leyes.

La seguridad pues interna y externa de los ciudadanos, se debe tener por el fin principal de la fundacion de todas las ciudades, y republicas.

Juzgamos que la violencia de los hombres malos, que solo apetecen dominar à los demas, y despojarlos de sus bienes, es el verdadero origen, y la causa de la formacion de las ciudades.

Mas consistiendo aquella violencia contraria á la seguridad en las fuerzas de los malos; es consiguiente, que tantos hombres se deben juntar en la sociedad civil, quantos parescan suficientes para repeler la fuerza de los enemigos con otra fuerza justa.

Mas

Illud vero tan certum est quam certissimum, civitates, vel respublicas non nisi pactis intervenientibus constitui posse.

Primum ac praecipuum pactum quod praecedere debet, si consensu ultroneo coalescit multitudo illa, est de republica aliqua, aut civitate constituenda.

Demum cum regimem aliquod institui necessum sit á quo totius populi voluntas pendeat: consequens est, ut multitudo illa decernere debeat, quale illud sit futurum.

His pactis in quibus consensus expressus reperitur, respublica ortum ducit, quoties populus ultro illam instituere decernit.

Quoties vero perdomitus á potentiore in unam rempublicam coalescit, in primum quidem pactum proculdubio consentit: at de forma reipublicae vix audietur dedititiorum sententia.

§. II.

Mas lo que en este punto no solo se debe tener por cierto, sino por certisimo es, que las ciudades, ó republicas no pudieron formarse de otra suerte, que por medio de pactos.

El primero y principal que debe preceder, si la muchedumbre se congrega por consentimiento espontaneo, es de formar alguna republica, ó ciudad,

Finalmente siendo necesario entablar algun gobierno de que dependa la voluntad de todo el pueblo; es consiguiente, que aquella multitud de hombres debe determinar, qual haya de ser.

Por medio de estos pactos en que se encuentra un consentimiento expreso, nace la republica, siempre que el pueblo de su voluntad determina fundarla.

Pero si vencido por otro mas poderoso se congrega en una republica con el, consiente sin duda en el primer pacto: mas sobre la forma de gobierno, no se oirá el parecer de los rendidos á discrecion.

§. II.

§. II.

De diversis rerumpublicarum formis.

UBi de reipublicae forma conventum sit, nihil populo deest ad perfectam rempublicam, quam ut eam, easve personas, quas sibi imperare velit eligat.

Necnon ut certam imperii formulam iam tum superiore decreto expressam, illis praescribat, quae quidem *legis fundamentalis* nomine venit.

Haec lex imperantes sive unum, sive plures, non minus quam cives obligat, adeo ut nihil actum merito censeatur, si quid contra legem illam reipublicae primariam sit admissum.

Coeterum quemadmodum omnium societatum una voluntas, unusque intellectus concipi debet: ita idem dicendum est de republica hoc modo constituta.

Cum

---

§. II.

De las diversas formas de republicas.

LUego que el pueblo ha convenido en la forma de gobierno que se ha de establecer, nada mas le falta para ser perfecta republica, que elegir la persona, ó personas, que quiere que lo gobiernen.

Como tambien que les señale la instruccion, ó regla de gobierno ya determinada antes, la que se llama propiamente *ley fundamental.*

Esta ley obliga á los que gobiernan, ya sea uno, ó muchos, no menos que á los ciudadanos, de suerte que nada de lo hecho contra esta ley primaria de la republica, se juzgará valido.

A mas de esto como en todas las sociedades no se debe concebir mas que un entendimiento, y una voluntad; asi tambien se debe decir lo mismo de la republica fundada del modo que hemos explicado.

Mas

Cum vero plures socii eumdem finem, eademque media intelligere, & velle non aliter possint, quam si uni, aut pluribus id negotii detur, ut de fine medisque dispiciant; patet idem fieri oportere in reipublicae constitutione.

Attamen non aliter fieri potest ut plures idem velint, quam vel *per conspirationem*, ut omnes idem sentiant, vel *per submissionem*, ut plures voluntates suas unius, vel plurium voluntati submittant.

Primum licet pené impossibile videatur, raro tamen prodigio in nostra Hispania evenisse legimus in Supremi Congressus erectione.

Posteriori autem modo amplissimo illo coetui summam iurisdictionem exercenti, in America obedientia, & obsequium praestitum fuit.

Tres igitur sunt regulares reipublicae formae *monarchia*, videlicet, *aristocratia*, & *democratia*.

Quo-

Mas como muchos socios no pueden conocer, y querer un mismo fin, y unos mismos medios de otra suerte, que dando á uno, ó á muchos el cuidado de investigar sobre el fin, y sobre los medios para conseguirlo: es claro que lo mismo se debe observar en la fundacion de una republica.

Pero no puede suceder que muchos quieran una misma cosa, sino ó *por conspiracion*, sintiendo todos de un mismo modo: ó *por submision*, sometiendo sus voluntades á la voluntad de uno, ó de muchos.

El primer modo aunque parece del todo imposible, mas por un prodigioso acontecimiento lo leemos verificado en nuestra España en la ereccion de la Suprema Junta Central.

Del segundo modo prestaron obediencia, y se sometieron en la América al mismo Magestuoso Senado, que en el dia exerce la suprema jurisdiccion en todo el Reyno.

Tres son pues las formas regulares de republica *monarquia*, *aristocracia*, *y democracia*.

Qu-

Quoties omnes cives voluntates suas unius personae phycicae voluntati submittunt, nascitur inde *monarchia*, quod etiam regnum, vel principatus adpellatur.

Si certis duntaxat personis, qui *optimates* dicuntur, illud regimen, *aristocratia* nuncupatur.

Demum si id quod universa civium multitudo communi suffragio decrevit pro totius reipublicae voluntate habetur, *democratia* dicitur.

Quando unus iniusté occupat rempublicam, monarchia in *tyrannidem*: si loco colegii optimatium pauci imperium invádunt, aristocratia in *oligarchiam*: denique si loco totius populi turba quaedam omnia pro lubitu decernit, democratia in *ochlocratiam* degenerat.

At cum tres illae regulares rerumpublicarum formae in totidem viciosas facilime degenerent: hinc pleraeque civitates, vel omnes illas formas in unam conflarunt, vel duas ita commiscuerunt, ut una alteram in officio contineat.

Quándo todos los ciudadanos someten sus voluntades, á la voluntad de una persona fisica, nace de hay la *monarquia*, que tambien se llama reyno, ó principado.

Si solamente á un cierto numero de personas á quienes conocen con el nombre de *grandes*, este gobierno se llama *aristocracia*.

Finalmente si lo que toda la multitud de los ciudadanos determina por comun consentimiento se tiene por voluntad de toda la republica, se dice *democracia*.

Quando uno solo ocupa injustamente la republica, degenera la monarquia en *tiranía*: si en lugar del senado de los grandes, unos pocos se apoderan del mando, la aristocracia se vuelve *oligarquia*: finalmente si en lugar de todo el pueblo una turba de hombres decide los asuntos á su arbitrio, la democracia degenera en *oclocracia*.

Mas como es muy facil, que las tres formas regulares de republica degeneren en otras tantas viciosas, de hay ha nacido que muchas ciudades, ó han hecho de todas las formas una, ó á lo menos han meselado dos, de tal suerte que la una contenga á la otra en su oficio.

Ex quo colligere licet eam reipublicae formam censeri debere optimam, quae ex omnibus quas diximus formis sit composita.

In monarchia persona physica cuius voluntati civium voluntates submissae sunt, perinde est quo dignitatis vocabulo uti velit, *Imperatoris*, *Regis*, *Ducis*, *an Principis*.

Omnia potest agere suo arbitrio, & quamvis prudentiores merito adhibeat in concilium, eorum tamen suffragia sequi non tenetur.

Quamvis vero omnia suo arbitrio agat monarcha, non tamen agere aliud debet, quam quod finis societatis, videlicet securitas civium requirit.

Si de aristocratia fiat sermo, poenes totum optimatium collegium sunt maiestatis iura, eaque non aliter explicari possunt, quam de totius collegii sententia.

A

De donde se puede colegir que aquella forma de gobierno se debe juzgar la mejor, que esté compuesta de todas las formas, que hemos explicado.

En la monarquia vale lo mismo que use del nombre de dignidad que quiera la persona fisica á cuya voluntad han sometido las suyas los ciudadanos, y asi puede llamarse *Emperador*, *Rey*, *Duque*, ò *Principe*.

Puede hacer todas las cosas por su arbitrio, y aunque es justo que consulte á los mas sabios, no está obligado á seguir sus pareceres.

Mas aunque el monarca haga todas las cosas á su arbitrio, con todo no puede hacer mas, que lo que exîge el fin de la sociedad: á saber, la seguridad de los ciudadanos.

Por lo que hace à la aristocracia, los derechos de la magestad residen en el senado de los grandes, y no pueden exercerse de otra suerte, que de consentimiento de todos.

Pero

A voluntate vero populi unicé dependet adsignare quantus esse debeat optimatium numerus, & num ex omnibus populi ordinibus, an solum ex eminentiore eius parte sint constituendi.

Ne vero aristocratia in oligarchiam degeneret decerni á senatu nihil validè potest nisi maxima optimatium parte e. g. duabus tertiis praesente.

Denique in democratia maiestas est penes totum populum, hicque negotia publica senatui non permissa, per se non nisi in comitiis agere potest.

Cum autem populus de iis quae ad exercitium imperii spectant pro lubitu statuere possit; á voluntate eius dependet, utrum comitia statuto tempore sint habenda, an vero solum aliquo casu emergente.

Ius vero convocandi comitia senatui competere debet: nec non & ea in comitiis proponendi de quibus deliberandum est.

In

Pero de la voluntad del Pueblo depende unicamente determinar quanto deba ser el numero de los grandes, y si estos deben escogerse de todas las clases del pueblo, ó solamente de los nobles.

Mas para que la aristocracia no degenere en oligarquia, nada podrá determinar validamente el senado, sino es que esté presente la mayor parte de los grandes, v. g. las dos terceras partes.

Finalmente en la democracia la magestad reside en todo el pueblo, por lo que este solamente congregandose puede tratar los negocios publicos, que no se han cometido al senado.

Pudiendo el pueblo determinar à su arbitrio todos los negocios que pertenecen al exercicio de la suprema potestad; depende tambien de su voluntad, si las juntas se deben tener en tiempos determinados, ó solamente quando ocurra algun caso.

Pero el derecho de convocar las juntas del pueblo, debe ser peculiar del senado: como tambien proponer los asuntos sobre que se ha de deliberar.

Si-

In hoc regimine cum natura omnium aequale ius sit quilibet suggerere potest quod ipsi ad promovendum bonum publicum conducere videtur.

Ut evitentur discordiae leges condendae sunt de comitiis celebrandis, veluti, quinam ius comitiorum habere debeant, ut scilicet in iis votum habeant.

Statuere etiam oportet quomodo populus in certos ordines, & hi in coetus quosdam minores sint distribuendi, qui certas eligant personas, seu deputatos ipsorum nomine ad comitia mittendos.

§. III.

De Hispaniae antiqua, & hodierna regiminis forma.

REgimen Hispanum á Gothorum ingressu ad haec usque tempora monarchicum dici potest, cum á potiore fieri soleat denominatio.

Non

Siendo en este gobierno igual por la naturaleza el derecho de todos, qualquiera puede sugerir lo que le paresca conducente para promover el bien publico.

Para que se eviten las discordias se deben establecer leyes sobre la forma de celebrar las juntas, determinando quienes deben tener derecho para asistir á ellas: es decir, quienes deben tener voto en ellas.

Conviene tambien establecer de que modo se haya de distribuir el pueblo en varias clases, y estas en otras juntas menores, que elijan á ciertas personas por diputados, para que sean embiados en su nombre á las juntas generales.

§. III.

De la forma de gobierno que se ha observado en España antiguamente y en el dia.

EL gobierno de España desde la entrada de los Godos, hasta estos tiempos puede llamarse monarquico, tomando la denominacion como se suele, de la parte principal.

Pe-

Non autem semper perfecté monarchicum, sed veluti aristocratia olim temperatum fuisse, testantur comitia frequenter celebrata, vulgo: *cortes generales.*

In iis enim proceres tam ecclesiastici quam laici conveniebant, necnon plurimarum civitatum procuratores, ut libertatis, & imperii negotia gererent, & conficerent.

Haec tamen praxis admodum salutaris, paulatim perfunctorié, & veluti dicis causa exequi coepit, ac demum in desuetudinem abiit, quare regnum perfecté monarchicum evassit.

Verum cum Ferdinandus VII ingenti omnium laetitia ad solium conscendisset, á scelestissimo Gallorum Imperatore é medio sublatus fuit: quare tota Hispanorum natio in Supremo Congressu creando conspisrasse iam diximus, ut regni gubernacula teneret.

Hu-

Pero que no siempre ha sido perfectamente monarquico, sino que estuvo en otro tiempo mesclado de aristocracia, lo comprueban las juntas celebradas frequentemente con el nombre de *cortes generales.*

A ellas concurrian los grandes, asi eclesiasticos, como seculares, y tambien los procuradores de muchas ciudades para conferir, y determinar los negocios del bien del estado, y de la libertad de los pueblos.

Pero esta practica tan provechosa comenzó poco á poco á perder su energía, á exercerse como de cumplimiento, y finalmente à omitirse del todo; por lo que el gobierno se volvió perfectamente monarquico.

Mas al tiempo que el Señor D. Fernando VII. subia al Trono con regocijo universal, fué aprisionado por el perfido Emperador de los Franceses: con cuyo motivo toda la Nacion Española conspiró uninanimemente, segun diximos, en erigir una Junta Suprema que gobernase el Reyno durante la injusta detencion del Monarca.

Esta

Huiusmodi congressum conflant missi ex Provinciarum caetibus, atque ex omnibus regnis Hispaniae dominationi subiectis Deputati, Serennissimo Praeside primum locum tenente.

Hispaniae igitur imperium his temporibus, nec monarchiae, nec aristocratiae, nec democratiae omnino adscribendum non tamen ab iisdem nimis discidet.

Primores imperant, non vero per se, at Ferdinandi nomine, & populi iussu, adeo ut quoscumque illius respectus inspiciamus unicuique gubernationis generi apta quaeque inveniemus.

§. IV.

De Americae regimine.

AMericanae gentes ex quo á Regibus Hispaniae devictae, ac perdomitae fuerunt, cum voluntates viresque suas populo Hispano ad communem deffensionem univerint, unam omnino societatem maiorem constitunt.

Hinc

Esta Junta se compone de Diputados embiados por las Juntas Provinciales, y por todos los Reynos sugetos á la dominacion Española, en que obtiene el primer lugar el Serennisimo Señor Presidente.

El gobierno pues de España en estos tiempos no puede decirse del todo monarquico, ni aristocratico, ó democratico, aunque no se aparta mucho de estas formas.

Gobiernan los grandes, pero no en su nombre, sino en el del Señor D. Fernando, y con autoridad y representacion del pueblo, de suerte, que por qualquier lado que miremos á este gobierno, le encontraremos calidades peculiares à cada una de las formas.

§. IV.

Del gobierno de America.

LAs naciones de America desde que fueron vencidas, y sugetadas por los Reyes de España, habiendo unido sus voluntades, y sus fuerzas con el pueblo Español para la defensa comun, forman con el una sola sociedad mayor, y mas compuesta.

De

Hinc Mexicana, & Peruana Imperia in potestatem Hispanorum redacta, omnia iura antiquae maiestatis amiserunt.

Haec vero sicut & alia Americae dominia, ita sunt Hispanae monarchiae adunata, ut nec alienari, vel disiungi, aut ab ea dividi umquam possint.

Igitur singula Americae regna tamquam Hispani Imperii Provinciae in actuali regimine ius comitiorum habere iure ac merito declaratum est.

Cum vero personarum mittendarum electio, discordiam inter cives generare poterat, sapientissimae leges electionis formam praescribentes conditae sunt.

Regia igitur ordinatione duodecimo Kalendas Februarii 1809. statutum est ut congressus uniuscuiusque civitatis, tres viros de republica optime meritos deligat, ex quibus unum sortitur.

Ex

De aqui nació que los Imperios de Mexico, y del Perú reducidos á la dominacion Española perdieron todos los derechos de su antigua soberanía.

Pero así estos, como los demas dominios de América están de tal suerte incorporados en la monarquia Española, que en ningun tiempo pueden ser enagenados, separados, ó divididos de ella.

Por esta razon se declaró justisimamente que en el gobierno del dia todos los reynos de America, como Provincias del Imperio Español, tienen derecho de asistir, y votar en las Juntas del Reyno por medio de sus representantes.

Pero como la eleccion de las personas que se debian embiar, podia ocasionar discordias entre los ciudadanos, se han establecido leyes muy sabias, que prescriben la forma de la eleccion.

Por Real orden de 22. de Enero de 1809. se estableció que el Ayuntamiento de cada Ciudad nombre tres individuos de notoria probidad, y que de estos se sortee uno.

De

Ex omnibus illis sorte designatis viris, tres denuo eliguntur á quodam Electorum caetu nova Regia ordinatione pridie non. Octobris ad id munus specialiter constituto: qui sorte iterum commissi, in quem sors cadit Deputatus constituitur.

§. V.

De pristino, & hodierno Guatemalani Regni statu. & regimine.

INter priores Americae Septentrionalis regiones, quae artibus, vitae elegantia, ac morum cultura floruerunt, numeratur regnum Guatemalae.

Primos eius incolas Haeveos fuisse à Iosue de Palestina expulsos, ac de Tripoli ad haec usque littora transportatos, historica monumenta, & traditiones haud contemnendae testantur.

Eius

De todos los individuos sacados por suerte, se eligen tres por una Junta de Electores creada especialmente para el efecto por Real orden de 6. de Octubre del mismo año, y sorteados de nuevo, en el que cae la suerte, se tiene por elegido, y nombrado Diputado del Reyno.

§. V.

Del antiguo, y actual estado, y gobierno del Reyno de Guatemala.

ENtre las primeras regiones de la America Septentrional, que florecieron en artes, policía, y cultura de costumbres, se cuenta el Reyno de Guatemala.

Algunos monumentos historicos, y tradiciones no despreciables testifican, que sus primeros habitadores fueron Heveos expelidos de la Palestina por Josué, y transportados desde el puerto de Tripoli à estas riberas.

Su

Eius regimen monarchicum fuisse ostendunt nomina Regum Kiché, Guatemalae, & Atitán qui huius regionis Imperium interse divissum habebant.

Cum vero Rex Guatemalae vexaretur á Kiché, auxilium adversus eum imploravit ab Hispanis, illudqu praestitit Petrus de Albarado, qui Ferdinandi Cortés vices gerebat.

Provocatus autem ac in maximo discrimine constitutus non solum á Rege Kiché, sed etiam á coeteris huius regionis populis, eosdem omnes expugnavit, ac Regi Hispaniarum subegit.

Guatemalae regno debellato, & civitatis fundamenta iacta, ipsemet Petrus de Albarado primus Gubernator & Dux Generalis constituitur.

Paulo

Su gobierno parece haber sido monarquico, segun se colige de los nombres de los Reyes del Quiché, de Guatemala, y Atitán que tenian dividido entre si el imperio de estas regiones.

Mas como el Rey de Guatemala se viese molestado por el del Quiché, imploró el socorro de los Españoles para resistirle, y se lo impartió Don Pedro de Albarado como Teniente del Conquistador Don Fernando Cortés.

Pero viendose Albarado no solo provocado para la guerra, sino tambien constituido en el ultimo peligro, asi por el Rey del Quiché, como por todos los pueblos de la comarca, los venció y sugetó enteramente al Rey de España.

Conquistado el Reyno de Guatemala y fundada la Ciudad Capital, el mismo Don Pedro de Albarado fuè nombrado por *Adelantado*, y primer Gobernador y Capitan General de Guatemala.

Po-

Paulo post Praeses designatur L. D. Ildephonsus Maldonado eiusque Perillustres successores Guatemalanum regnum gubernant, usque ad hodiernam diem, velut Hispanam Provinciam.

Creati etiam sunt in singulis huius regni civitatibus Decurionum coetus, qui populum regant, simulque eius vices, & auctoritatem obtineant.

In ipsis enim legitima totius populi repraesentatio existit, quare in novi Regis proclamatione vexilla in altum tollunt, quod quidem nullo alio coetui concessum invenitur.

Pocos años despues fué puesto por primer Presidente el Licenciado Don Alfonso de Maldonado, y sus Muy Ilustres succesores gobiernan hasta el dia el Reyno de Guatemala como una Provincia del de España.

Se establecieron tambien en cada una de las ciudades de este Reyno Cabildos, ó Ayuntamientos de Regidores que gobiernan al pueblo, y tienen sus veces y autoridad.

En ellos pues está la representacion legitima de todo el pueblo, y por esta razon en la aclamacion de nuevo Soberano levantan sus pendones en el Real nombre, lo que no se haya concedido, ni le corresponde á otro cuerpo.

Imprimatur.
Dr. Croquer Rector.